

lectum nostrum velit semper, Mentemque sanam  
 in corpore sano tueri. Nec ullis tenebrarum ne-  
 bulis obfuscarī eam patiatur, cæcitatīsq; omnis  
 detrahat velamina, caliginesq; discutiat ac abigat  
 cunctas; corporisque robur nobis præstet semper.  
 Cui

**SOLI LAUS, HONOR  
 ET GLORIA.**

---

*Clarissimo Viro*

**Dn. PAULO SCHRÖTERO**

Med. Candidato, Amico & commensali  
 dilectissimo, pro Licentiâ disputanti.

**T**Andem fert fructum qui gnaviter usq; laborat,  
 & sua, dante DEO, munia ritè facit.  
 Hactenus in studiis sudasti totus, & aris  
 deditus, assiduò vota precesq; litas.  
 Hinc divina suis te ditat gratia donis,  
 ut præstes variis artibus eximiis.  
 Nunc quoq; promeritos phœbus tibi spondet honores.  
 præmia virtutum magna parata tenes.  
 Gratulor ex animo, voveoq; ut gloria crescat,  
 Votaq; succedant divite sorte, precor.

*Applaudet.*

**Johannes Scharfius**  
 Theolog. Lic. & Prof: P.

*JAMB*